

humanitatis nostrae substantiam venit vocare novissimos, Sanctos videlicet Apostolos, qui vineam hanc, & fidei fervore, & praedicationis verbo, per universum propagarunt orbem, usque adjunxit non solum fortissimorum Martyrum exercitus, qui effuso sanguine illam irrigarunt uberrime, sed etiam Confessorum laudabilem numerum, quorum sanctitatis exemplo haec vinea ubique terrarum odorem afflat suavissimum.

§.2. Inter quos paucis ante annis sanctimoniam redolere satis constiterat Beatum Philippum Nerium, Congregationis Oratorii Fundatorem, cujus, & vitae puritas, & omnium virtutum congeries, & miraculorum gloria plurimum elucebat, ipsius Beati Philippi Catalogo Sanctorum adscriptioni decrevit intendere.

§.3. Cumque jam ab ipso die, quo dictus Beatus Philippus obdormiverat in Domino, fama sanctitatis, & miraculorum ejus adeo crevisset, ut statim dignum Canonizatione acclamaretur, & multi viri graves de illa promovenda cogitarent, & apud pia memoriae Clementem VIII. etiam Praedecessorem nostrum desuper egissent, & ejusdem Clementis Praedecessoris auctoritate, viva vocis oraculo concessa, statim eodem ipsius Beati Philippi obitus anno, in Urbe, & extra eam fuisse receptae informationes, & facti processus super illius virtutibus, sanctitate, & miraculis.

§.4. Et successive eorum similis recordationis Paulo V. pariter Praedecessore nostro, pro eadem Canonizatione charissimus in Christo filius noster Ludovicus Franciae, & Navarrae Rex Christianissimus, & charissima etiam in Christo filia nostra Maria ejusdem Ludovici Regis mater, ac dilecti filii Nobiles Viri Senatus, Populusque Romanus, & Maximilianus utriusque Bavariae, necnon Carolus Gonzaga Nivernicusium, & dum in humanis agerent, Ferdinandus I., & post ejus obitum Cosmus II. Magni Haereticis eis subjectae Ducis, & dilectae in Christo filiae nobiles mulieres Christiana Cosmi mater, & Catharina Caroli praefati uxore, ac etiam dilecti filii Presbyteri dictae Congregationis institissent;

§.5. Et Paulus Praedecessor praedictus Venerabilibus Fratribus nostris, tunc suis, S. R. E. Cardinalibus, super Sacris Ritibus deputatis per suas in forma Brevis sub Anulo Piscatoris desuper expeditas literas commississet, ut inquirerent in genere prius, ac deinde in specie super fama sanctitatis, virtutibus, & miraculis dicti Beati Philippi formarent juris ordine servato processum.

§.6. Eoque diligentissime peracto, & facta per bon. mem. Dominicum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Pinnellum nuncupatum relatione, ex processu videlicet in genere facto plene constare de fama sanctitatis, & miraculorum dicti Beati Philippi, ac deveniri merito posse ad inquisitionem in specie.

§.7. Dicitur Paulus Praedecessor bonae memoriae Francisco Penae Rotae Decano, & Horatio Lanceotto, ipsoque Horatio pro-

moto ad Cardinalatus honorem, Alexandro Ludovico tunc in minoribus constituto, qui deinde ad Summi Apostolatus apicem assumptus Gregorius XV. praedictus fuit nuncupatus, ac Venerabili Fratri nostro Dionysio de Marquemont Ecclesiae Lugdunensi postmodum praefecto, omnibus causarum Palatii Apostolici tunc Auditoribus, ut conjunctim, vel saltem duo eorum procedentes, inquisitiones, & probationes hujusmodi facerent, factaque referrent, demandasset.

§.8. Distincte Auditoribus Commissarii inuncto sibi officio diligenter persunctorum negotii seriem in scriptis eidem Paulo Praedecessori retulissent.

§.9. Et dictus Paulus Praedecessor relationem, ut praefertur, factam una cum iteratis instantiis, ac precibus dictorum Principum, & Presbyterorum dictae Congregationis Oratorii, ad praedictos Cardinales, ut praefertur, deputatos remisisset, ac omnibus per bon. mem. Robertum dictae Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Bellarminum nuncupatum, ad id specialiter electum examinatis, & relatis in octo Congregationibus diversis temporibus habitis, de validitate processuum in specie factorum tam in dicta Urbe, quam extra eam, & de fide, spe, charitate, virginitate, de prophetia, aliisque donis, & virtutibus, de fama sanctitatis, & miraculis quamplurimis tum in vita, tum post obitum dicti Beati Philippi plene constare, servatis servandis, conclusum, & decretum extitisset.

§.10. Idem Paulus Praedecessor, ut in illius honorem tamquam de Confessore non Pontifice missa celebrari, & officium recitari in Ecclesia Beatissimae Virginis Mariae, & S. Gregorii in Vallicella de Urbe licite posset, indulget, & successive indulgentiam hujusmodi ad alias ejusdem Instituti Congregationes in aliis Ecclesiis extra Urbem canonicas erectas extendit.

§.11. Distincte Paulo Praedecessore viam universae carnis ingresso, praedictus Gregorius Praedecessor, qui illi in Apostolatus ministerio successit, Beati viri sanctitatem (quippe qui virtutum illius excellentiam in minoribus, ut praefertur, constitutus bene noverat) veneratus, & Christianissimorum devotione, precibusque dictorum Principum instantius quam unquam repetitis permotus, negotium Canonizationis illius perficiendum constituit.

§.12. Et ad hunc effectum praedictis Cardinalibus dictae Congregationis Sacrorum Rituum mandavit, ut praedictos processus omni, quam decebat, diligentia rursus inspicerent, & universam causam sibi referrent.

§.13. Qui quidem Cardinales dictum Robertum Cardinalem denuo elegerunt, eoque ab humanis exempto, dilectum filium nostrum, tunc ejusdem Gregorii Praedecessoris, Petrum Paulum ejusdem S. R. E. Card. Crescentium nuncupatum in ejus locum subrogarunt, & negotio exactissime discusso, ac diligentissime examinato, servatis similitur servandis, unanimiter congregati

B. Philippum Nerium adu meritate decreverat.

Etenim ipso ejus obitus anno confecti sunt Processus super illius virtutibus, & miraculis.

Nonnulli Principes ejus canonizationem a Paulo V. postularunt.

Qui Congregationem ut inquireret in genere commississet.

Decretum quod deinde confecti Processuum in specie.

Retra Auditoribus commissa relatio.

Qui rem Pontifici referunt.

Decretum Congreg. Rituum constare de virtutibus, & miraculis, & fama sanctitatis.

Indultum recitandi Officium, & Missam in ejus honorem.

Gregor. XV. Canonizationis negotium perfici statuit.

Mandatque d. Congregationi, ut illud reassumant.

Decretum Congreg. deventi posse ad Canonizationem.

consuerunt, plenissime constare tam de validitate Processuum, quam de vitae sanctitate, virtutibus, & miraculis, tum in vita, tum post mortem dicti Beati Philippi, itaut si dicto Gregorio Praedecessori videretur, posset dictus Beatus Philippus in Sanctorum numerum adscribi.

§.14. Cumque nihil jam superesset ulterius, idem Gregorius Praedecessor voluit in Consistorio suo secreto de his omnibus relationem fieri, & Venerabilis Frater noster, tunc suus, Franciscus Maria Episcopus Ostiensis, tunc Portuensis, & Cardinalis a Monte nuncupatus, suo, & aliorum dictae Sac. Rituum Congregationis Card. nomine summam Processus exposuit, & ex rebus ab ipso B. Philippo praeferebat gestis legit nonnullas, quas disertis plane verbis enarravit, ac se, ceterosque dictae Congregationis Sacrorum Rituum Card. censuisse asseruit, dictum B. Philippum, si ipse Gregorio Praedecessori visum foret, Sanctorum Catalogo aggregari posse: in quorum sententiam reliqui omnes Cardinales in dicto Consistorio tunc assistentes, de quorum numero Nos quoque tunc eramus, suo quisque suffragio ex ordine devenerunt.

§.15. Et successive idem Gregorius Praedecessor ex antiquo Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, tunc suorum Instituto, publico Consistorio, in quo praeter dictos Cardinales etiam Venerabiles Fratres nostri Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, ac alii Romanae Curiae Praelati, & dicti Gregorii Praedecessoris familiares dilecti filii convenerunt, convocato, dilectus filius Magister Joannes Baptista Spada junior in utraque Signatura Referendarius, tunc Aula Consistorialis Advocatus, de vita, virtutibus, & miraculis dicti Beati Philippi discrete dixit, & nomine praedictorum Principum illius Canonizationem suppliciter petiit, quibus auditis, d. Gregorius Praedecessor respondit, se precibus libenter assentire.

§.16. Sed quoniam non audebat S. Sedes librum aeternae vitae perferari, nisi Spiritu Sancto aperiante, respondit velle se diutius immorari, ac maturius procedere: & propterea omnes in Domino rogavit, ut secum una orationibus, jejuniis, ac elemosynis divinae voluntatis arbitrium explorarent.

§.17. Demum vero Consistorio, quod semipublicum vocant, indicto, in quo praedicti omnes, ac etiam Sedis Apostolicae Notarii, & causarum dicti Palatii Auditores dilecti filii interfuerunt, omnes Beatum Virum canonizandum esse publicis suffragiis judicari: quorum unanimi consensu audito, ipse Gregorius Praedecessor aperiens os suum in benedictione, gratias egit divinae clementiae, quod tantam contulisset gratiam sermo suo.

§.18. Statuitque illum inter Sanctos referre una cum Beatis Isidoro Agricola, & Ignatio Loyola, ac Francisco Xaverio, necnon Theresia: de cujus quidem Beati Viri Philippi origine, vita, virtutum donis, & miraculis aliqua ex multis in Processu deductis recensenda duxit.

His omnibus in Secreto Consistorio factis;

Propositisque in Consistorio publico Principum instantiis;

Publicisque iudiciis precibus;

Ac habito semipublico Consistorio;

Eum statim canonizandum.

§.19. Est igitur natus B. Philippus Florentiae, millesimo quingentesimo decimo quinto salutis anno, sedente Leone Decimo Pontifice Maximo, & in Ecclesia Sancti Joannis Baptista baptismali fonte ablatus. Franciscum Nerium, & Lucretiam Soldiam honestissimae vitae, atque probatae integritatis parentes habuit; a quibus adhuc puerulus optimis moribus imbutus, ab ipsa ineunte etate ob praecellam, quam praeferebat, naturae indolem, non modo aliorum animos in sui rapiebat amorem, ut Pippus bonus appellaretur, sed divina in omnibus juvante gratia, videretur de se magnum aliquid premonere.

§.20. Non 8. annos natus, una cum a seculo, quem conscenderat, in cellam vinariam praecipue delapsus, atque jumentum onere oppressus, ingenti admiratione, qui mortuus credebatur, extractus est vivus, & incolumis.

§.21. Ubi vero ad annum pervenit aetatis decimum octavam, missus est a Patre ad Oppidum S. Germani, ut ibi apud Patrum opibus abundantem, mercatorum exerceat: qui adolescentis optimi iustificatione adventu, ipsum brevi propter ejus probitatem in hereditatem vocare constituit.

§.22. At vero Philippus caelestium desiderio in dies ardentior, a Patris gratia, & benevolentia sibi timere coepit, donec duobus annis transactis, mercaturae nobilioris avidus, contempta viginti millium aureorum hereditate ab illo oblata, Romam inde se contulit: ubi opportunum, & aptum ad solida virtutum officia naclus locum, pietatis operibus, Philosophiae, ac Theologiae studium adjuvit.

§.23. Et interim arctam vitae viam ingressus, humi plerumque cubare, tenui victu, atque assiduo jejunio delectari, & aliquando per triduum ab omni cibo abstinere. Septem praecipuas Urbis Ecclesias obire, & in Coemeterio Callisti nuncupato, in oratione pernoctare saepe consuevit.

§.24. Ac vix annum aetatis suae vigesimum nonum attigerat, cum inter alia divinitus accepta dona, plane mirabilis cordis palpitatio fuit ac fractura costarum: quae publico medicorum testimonio praeter naturam ordinem obtigit, quasi mentis dilatato sinu, etiam caro dilataretur, & exultaret in Deum vivum.

§.25. Et ad animarum propterea subsidium se multo magis vocari sentiens de solitariae vitae severitate divino nutu remittere coepit, atque inter cujusque conditionis homines ea mente versari, ut publicis adhortationibus, & privatis colloquiis Christo Domino quamplurimos lucraretur, nullo incommodo, nullo penitus devitato labore.

§.26. Eodemque fere tempore, quo Sanctissimae Trinitatis Confraternitas ad Peregrinorum, & Convalescentium, communitatem ipsius consilio, atque opera fuit instituta, cum unoquoque mense quadraginta horarum supplicatio decreta esset, ipse totas penes noctes deducebat infirmos, & confratres ad orationem hortabatur, & exemplo mirifice incitabat.

§.27. Cum vero ad quadragesimum fere

B. Philippus ortus, atque adolescentia.

A viro periculo incolomis evadit.

Mercaturam addidit.

Romam se contulit, tuncque scientiarum, & pietatis animum addidit.

Nonnulla pietatis opera recensebantur.

Mirabilem patitur palpitacionem cordis & fracturam costarum.

Quam plurimos Deo lucratur.

Coram Sanctissimo Sacramento noctes deducit infirmos.

1623.  
Diversis in locis apparuit.

Miraculis clarus.

Quamplurimi saluti redditi.

Maria Felix a Castro.

Card. Baronus.

Eugenia Mansuetas.

Paulus de Maximis vicis restitutus.

Philippus summus, summiusque vixit maxima in veneratione habitus.

§.64. Illud etiam Philippo collatum a Deo fuit, ut dum uno esset in loco in alio longe distante, uno eodemque profus tempore nonnullis appareret.

§.65. Quapropter cum in ædibus Sancti Hieronymi commoraretur, cuidam e suis apud dictam Ecclesiam Beatissimæ Virginis Mariæ, & Sancti Gregorii degenti, se præsentem ostendens, subsidio, quo indigebat, adfuit.

§.66. Et Romæ aliâs existens, quendam ex uumero sibi consentium, in mare pene submersum, mediis & fluctibus capillis apprehensum liberavit.

§.67. Iterumque cum in Urbe maneret, tunc in humanis agentem Catharinam Ricciam, sub Regula S. Augustini Monialem Prati in Hetruria commorantem longo temporis spatio est alloquutus.

§.68. Inter hæc miram ad patranda miracula a præpotenti Domino consequutus gratiam, quamplurimos liberavit a quacumque detinerentur infirmitate.

§.69. Nonnullos enim solo Sanctissimæ Crucis adhibito signo; Alios salutari manuum contactu, inter quos Clemens Octavus prædecessor noster gravissimis chiragrae doloribus oppressus, sanus illico factus est; nobilis quidam Romanus a pestifera corporis contagione curatus; Alios præterea pristinae sanitati restituit sola orationis virtute.

§.70. Alios morbis quibus tenebantur, tantum imperando, quod præcipue contigit Mariæ Felix a Castro in Monasterio Turris Speculorum Moniali, quæ continua febri correpta, Philippo jubente, statim convaleuit.

§.71. Alios remediis omnino contrariis curavit, quod dictus Casar. Card. est expertus, cui stomachi, & capitis debilitate ita laboranti, ut retinere vix cibum, atque orare nulla ratione posset, imperavit, ut coram se panem integrum cum malo citreo comederet; qui statim atque Servi Dei mandatum exequutus est, stomachi, atque capitis molestiis sensit se omnino liberatum.

§.72. Alii vero, rebus, quibus utebatur Philippus, morbo admotis, sanitatem pristinam recipere: inter quos Eugenia Mansuetas de Colle Scipionis: naribus ulcere quodam decem & octo mensium spatio horrendum in modum infectis, linteoli parte servi Dei adhuc viventis sanguine respersa, ulcersi summa fide apposita, confestim curata est.

§.73. Quin etiam constat, mortuos fuisse ejus voce vitæ restitutos: quod Paulo Fabricii de Maximis filio contigit, qui mortuus, nomen illius inclamante Philippo, illico ad vitam rediit, & confessione peracta, ab eodem interrogatus, an libens iterum e vita decederet, annuens, in pace quievit.

§.74. His virtutibus, ac donis, quibus a Deo tam liberaliter auctus est Philippus, tantæ extitit mortalibus admirationi, ut qui servum Dei nosset, ejus sanctitatem ubique prædicarent, & prædicti Prædecessores nostri summo honore, ac veneratione prosequerentur. Clemens Prædecessor prædi-

ctus ejus manus etiam osculans, & Gabriel Paleottus in libro, quem scripsit de bono senectutis, Philippum, adhuc viventem, tamquam verum eximie sanctitatis, atque virtutum omnium exemplar proposuerit: & Augustinus dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Veronen. nuncupat. libellum, quem composuit, Beato Viro itidem vivente, Philippum, seu de latitia christiana inscripserit. Summæ etiam venerationi habitus est a sanctis viris, & quamplurimis Dei famulis, ut a Sancto Carolo, qui quotiescumque eum adibat, ponere genua, & manus ejus osculo petere consuevit.

§.75. Verum ingravescente jam ætate, cum incitato semper cursu susceptam salutis vitæ rationem feliciter prosequutus esset, die mortis suæ, atque hora multifariam prædictis, plenus dierum, octavo Kalendas Junii, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, qua die Dominici Corporis celebritas contigit, cum mane vehementi devotionis spiritu, quasi præ latitia concinens, sacrosanctum Missæ sacrificium celebrasset, & nonnullis adstantium, quorum confessiones audierat, Eucharistiæ Sacramentum ministrasset, consuetis exercitationibus de more expletis post mediam noctem, ea qua prædixerat hora, Omnipotenti Deo, cui fideliter servierat spiritum placidissime reddidit, & post obitum quamplurimis tam Romæ, quam alibi gloriæ claritate illustris apparuit.

§.76. Et summo mane servi Dei corpore in Ecclesia super feretrum exposito, mortis felicissimæ fama jam divulgata, innumerabilis cujusque conditionis hominum illic multitudo convenit: inter quos multi ex viris Principibus, Præsulibus, atque Cardinalibus confluxerunt: & toto bidui spatio, quo corpus, antequam conderetur, in Ecclesia piè reservatum est, ingenti populi frequentia, absque intermissione, manus, pedesque exoculari, coronas, atque rosaria venerando corpori admove non destitit: & ii, quibus præ multitudine ad corpus non dabatur accessus, feretrum in quo jacebat osculabantur.

§.77. Eo interim tempore multa sunt, ejus suffragantibus meritis, edita miracula.

§.78. Inter cæteros enim adolescens una cum sorore, streuis diu laborantes, servi Dei manu loco admota, ubi morbus residebat, extemplo curati sunt.

§.79. Quemadmodum, & mulier quædam a diutina difficultate respirandi, & alii quamplures a variis infirmitatum generibus convalescere.

§.80. Post hæc, ubi selectiore in loco corpus reconditum est, ad ipsum venerandum populi concursus fieri, votiva deferritabellæ, donaria permulta appendi, ac suavissimus quidam odor a multis inde percipi cœpit.

§.81. Septem autem post annos, integrum repertum, summa omnium lætitiæ translatus est in sacellum erectum, atque ornatum a quodam Nerio de Nigris, nobili Florentino, & Domicello Romano: cui Deus

AN. CH. 1623.

Ejus mors.

Ad ejus Corpus Populi frequentia.

Miracula tunc edita.

Strumis laborantes curati.

Multi infirmi sanati.

Appendi ad ad ejus sepulchrum votivæ Tabellæ.

Post septem annos corpus repertum est integrum.

Theodosia Monialis ipse morbo liberata.

Puerulus vitæ redditus.

Felix Sebastianus.

Septimia Neria.

Josephus Sermejus sanatus.

Stephanus Calcinarus.

Vincentius Valesius a tentationibus liberatus.

Alia patrata miracula.

Deus Sancti hujus intercessionē filium concessit, Philippum propterea a parentibus nominatum: quem post menses decem, & octo, gravi morbo correptum, mortique jam proximum Beatus vir sibi commendatum pristinae statim sanitati restituit.

§.82. Sed ne videamur singula recensere miracula, quibus servum suum mirificavit Altissimus, nosse satis erit, alios præcor diis ejusdem sanatos, ut Theodosiam Monialem Monasterii S. Lucie in Silice de Urbe, quæ splenis morbo decem, & quinque annos afflicta, extemplo curata fuit.

§.83. Alios vero capillis, ut puerulum natum mortuum, qui ut baptismo ablui posset, est revocatus ad vitam.

§.84. Alios quibusdam servi Dei coronis, ut Felicem Sebastianam, quæ a diuturnis curium ulceribus, statim convaluit.

§.85. Alios sinteolis, ut Septimiam, Neriam, quæ interiori oculi parte ignito ferro incante a sorore percussa, illa salo omnino remansit.

§.86. Et Josephum Sermejum, qui cum ob gravem infirmitatem eo decessisset, ut omnium judicio mox esset animam crederetur, sanus repente factus e lectulo, in quo jacebat, incredibili omnium admiratione surrexit.

§.87. Alios alios ejusdem Reliquiis, gravissimis tentationibus ereptos, ut Stephanum Calcinarum, qui ab impurissima quadam femina sollicitatus, sancti viri reliquiis, quas devotionis erga secum deferrebat, sibi pectus occulta quadam vi percussit, & vocem ejus audiens increpantis se, ut a peccato caveret, atque inde festinus abiit, dicto obtemperans, continuo au fugit.

§.88. Nonnullos sola ejus vitæ lectione, ut Vincentium Valesium, qui vehementi vexatus tentatione supradictum exemplum perlegens, ex animo Philippum compellens, his verbis afflatus est, cur modo non id ipsum mihi abs te Pater? eodem temporis instanti disciscit omnis illa per molesta mentis agitatio.

§.89. Quamplures miris apparitionibus, ut Drusillam Fantinam, quæ præcipiti casu prostrata, ac horribili capitis, oculorum, & totius corporis collisione semiviva jacens, tribus servi Dei apparitionibus mirabiliter liberatur. Non absimile accidit Leonardo Rovello, cui sanitatem a medicis desperatam petenti, Philippus in sui festi pervigilio noctu apparet, pronuntiansque verba illa: Fili vade in pace; confestim præbuit; & adveniente die Leonardus accepti benefici memor ad audiendam in ejus sacello missam, pro gratiarum actione, Ecclesiam adivit.

§.90. Multos sepulchrum ejus visitantes, veluti Claudiam Grignanam, quæ post longam sexennii infirmitatem, non valens in ipsa summa dolorum acerbitate loco se penitus movere, ad Philippi sepulchrum aliorum auxilio perducta, vovens de servando singulis annis in vigilia festivitatis ejus panis, & aquæ jejunio, statim doloribus, qui Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

bus tenebatur, liberata est, & omnino sana per Ecclesiam nullis adminiculo incessit.

§.91. Denique fere innumerabiles editis votis, ut Fratrem Joannem Baptistam Masiam de Valentia, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, qui Neapoli cum esset, annosque ageret supra septuagesimum, vovens se Dei servo eadem profus hora, qua Romæ in ejusdem Sacello sacrum votivum peragebatur, tribus desperatis infirmitatibus, quibus toto biennio spatio laboraverat, & ita consumptus fuerat, ut de facie vix amplius agnosceretur, repente curatus est.

§.92. Præscripto itaque Canonizationis die in festo Sancti Gregorii Magni nuncupati, quarto videlicet Idus Martii, Pontificatus ipsius Gregorii Prædecessoris anno secundo; iterum dictus Gregorius Prædecessor est hortatus ad iteratas preces, jejunia, & eleemosynas, ut in tanto opere exequendo lumen ejus, qui lucem habitat inaccessibilem, imploraret, ad ea peragenda, quibus divina gratia honor, & Catholice Ecclesiæ fides augetur.

§.93. Omnibus vero juxta Sanctorum Patrum traditiones, Sacrorumque Canonum instituta, & Romane Ecclesiæ consuetudinem rite, & recte peractis, dicta die, quarto Idus Martii, idem Gregorius Prædecessor, ad Principis Apostolorum Basilicam, cum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatibus, & ipsius Gregorii Prædecessoris familiaribus, nec non dilectis filiis Clero seculari, & regulari, ac maxima populi frequentia convenit, & post iteratas, primo, secundo, ac tertio pro Canonizationis decreto, petitiones, per dilectum filium nostrum, tunc suum, Ludovicum tituli Sanctæ Mariæ Transpontinæ Presbyterum Cardinalem Ludovicum nuncupatum, nomine prædictorum, qui pro ea insteterant, post sacros Hymnos, Litanias, aliasque Preces, & post imploratam Spiritus Sancti gratiam, ad honorem Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis, & Fidei Catholice exaltationem, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate ejusdem Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum decrevit, & definivit, dictum Philippum Nerium Florentinum, dictæ Congregationis Oratorii Fundatorem, una cum Beatis Isidoro, & Ignatio, ac Francisco, nec non Theresia prædictis, Sanctum, & Sanctorum Catalogo adscribendum esse, prout adscripsit, & aggregavit.

§.94. Statuens, ut ab universis Christianis fidelibus, in ejus honorem Ecclesiæ, & Altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, adificentur.

§.95. Et quolibet anno dicta die illius obitus, septimo videlicet Kalendas Junii, festum ipsius, & officium tanquam de Confessore non Pontifice, ad formam in Rubricis Romani Breviarii præscriptam, solemniter celebrari possit.

§.96. Insuper eadem auctoritate omnibus

Gregor. PP. novis indicit orationes.

Ac denique B. Philippum SS. Albo adscribit.

Ac declarat, Altaria ejusdem honorem erigis.

Festumque posse celebrari.

R bus

In Ecclesia S. Hieronymi aliorum eruditionem curat.

Sacros Ordines suscipit 40. suae aetatis anno.

Indias adveniendi desiderio flagrat.

Sed monitus a Deo consilium mutavit.

Nonnullos Hebraeos ad Christianam fidem adducit.

Auctor est Card. Baronio, ut Annales ecclesiasticos scribat.

Congregationem Oratorii fundavit.

Ipse quoque operis huius instituit.

Ejus in Deum charitas.

fere annum pervenisset, Confessarii iussu Sacerdos factus, & audiendis fidelium confessionibus praefectus, in aedibus S. Hieronymi de Charitate nuncupati habitavit.

§. 28. In cuius Ecclesia ad Sacramentorum frequentiam, & ad dandam scientiam salutis semper intentus in proprio etiam cubiculo pia de divinis collocutione illos eruditabat, qui ejus sese disciplinae tradiderant.

§. 29. Et in hoc ipso suorum progressu attendit animum Indias adeundi ad vineam Domini excolendam, & fructus uberores etiam profuso sanguine reportandos.

§. 30. Ut autem ea de re supernum consilium exploraret, virum Cisterciensis Ordinis pietate insignem consulit a quo, revelante Deo, admonitus est, ejus Indias Romae futuras.

§. 31. Quamobrem majori succensus ardore, non solum durissima peccatorum servitute pressos ad Christi Domini obsequium traducere studuit, verum etiam sedentes in tenebris, & umbra mortis infideles ad clarissimum Fidei lumen adduxit, quo illustrati nonnulli Hebraei Christum Regem recipere, & Haeretici ad Catholicam veritatem redire non dubitarunt.

§. 32. Certe de novatoribus revincendis, vel ad Romanam Ecclesiam reducendis, maxime visus est fuisse sollicitus, cum bonae memoriae Casarem Presb. Cardinalem Baronium nuncupatum, adhuc in minoribus constitutum, ad opus Annalium per tot annos urgere non desistit, ut ipsemet postea Cardinalis scripserit, non se Annalium Ecclesiasticorum, sed Philippum auctorem extitisse.

§. 33. Jamque in Ecclesia S. Hieronymi pius, ac familiaribus colloquiis diu ad virtutes erudierat confluentes, cum ad majorem fructum ex verbi Dei semine percipiendum, ex filiis, quos Christo genuerat, delectis nonnullis recol. mem. Gregorii XIII. etiam Praedecessoris nostri auctoritate, apud d. Ecclesiam Beatissimae Virginis Mariae, & Sancti Gregorii Congregationem praedictam Oratorii fundavit.

§. 34. Et congruentibus institutis a praedicto Paulo Praedecessore postea confirmatis in Presbyterorum saecularium statu abfque voti ullius, vel promissionis vinculo, ad quatuor familiares sermones singulis in hebdomada feriis, excepta die Sabbathi, divinis de rebus habendis, ad quotidianam sub vespere in Oratorio publico Orationem, ad Sacramentorum frequentiam, & ad alias complures Christianae pietatis exercitationes retinendas munivit, ac stabilivit.

§. 35. Ut autem speciatim tanti viri virtutes agnoscerentur, & per viam salutis incendentibus subsidio esse valeant: non est omitendum, quod is fuit in primis charitate in Deum admirabili, ut internus ille ignis nonnunquam, dum attenderet ad divina, redundaret in corpus, & facies, atque oculi scintillis micarent, atque etiam ex improviso, illa Apostoli verba sepius usurparet: Cupio, sed mox animadvertens, suae in Deum devotionis occultanda gratia, re-

liquum sententiae retinebat, nimirum, dissolvi, & esse cum Christo.

§. 36. Perpetuo atque ardenti studio venerandum Euchariae colebat Sacramentum: vel enim laicus, vel Sacerdos celebrans, vel aegrotans in lectulo, illius quotidiana susceptione reficiebatur. Verum inter celebrandum fervidus ligneum altaris gradum quodam exultationis tremore concutiebatur.

§. 37. In ipsa Dominica passionis memoria, atque iniquorum hominum ingratitude gemitus fundebat uberrimos, & miraculo tribuebatur, quod praesens affidua lachrymandi consuetudine vim oculorum non amisisset.

§. 38. Inter caetera, quibus ad hujusmodi charitatis gradum pervenit Philippus, summum fuit orationis studium, cui inexplicabili desiderio semper addictus, omnia Congregationis exercitia in eam quodammodo tendere curavit, ut inde merito Oratorii Congregatio fuerit appellata.

§. 39. Haec ipsa Beati viri charitas miris modis redundabat in singulos cujusque conditionis homines, nam omnium utilitati, ac necessitati expositus, nullum sibi tempus certum esse voluit, in quo suae parceret valetudini, & quod habitabat cubiculum, non pateret aliorum commoditati, summa lenitate excipiens ad se venientes, factus omnibus omnia, ut omnes Christo lucrificeret.

§. 40. Singulari praesertim industria per Christianam letitiam semitas deduxit adolescentem, qua, vel septem Urbis Ecclesias, vel Xenodochia, vel alia pia exercitia frequentantes labore, ac molestia ex parte levarentur.

§. 41. Summa item assiduitate visibat aegrotantes, praesertim e suis, nec eos deserebat, dum nosset mortis periculum instare.

§. 42. Tentationes diaboli repellere mirabiliter, atque a plurimis laborantibus in extremis, cum ipse accederet, proferturque verba: Quis est hic? Demones ad vocem perterriti, sese in fugam visis sunt conicere.

§. 43. Curabat autem hominum saluti non solum interno, sed etiam externo subvenire subsidio; & numerosis plerumque familiis necessaria suppeditare, dotem indigentibus Virginibus largiri, egenis Religiosorum domibus opem ferre, vindictis in carcere elemosinas abundanter impertiri, ut merito Pater animarum diceretur, & corporum, quem charitatis affectum etiam miraculis Dominus comprobavit.

§. 44. Intempesta enim nocte panem deferens ad familiam in egestate multa constitutam, in profundam fossam incidens ab Angelo incolumis ereptus est, qui etiam alias Angelo sub specie pauperis elemosinam sibi petenti omnem pecuniam, quam apud se habebat, prompto, atque hilari obtulit animo.

§. 45. Charitati Virginitatis donum adiunctum habuit, quo multi, qui cum ipso versabantur, vel vultu, atque oculorum intuitu, vel suavi fragrantia, qua illius corpus

Devotio erga SS. Euchariae Sacramentum.

Et Passioem Dominicam.

Studium Oratorii.

Charitas in proximis.

Adolescentium cura.

Atque aegrotorum.

Demones sua voce fugat.

Largus in pauperes.

Angelo sub specie elemosinae nam praebet.

Virginitatis donum.

Impudicos ex fetore, contactuque cognoscit.

Tentationes oratione repellit.

Cibi potusque abstinentissimus.

Revera contemptor humanarum.

Dignitates ecclesiasticas recusavit.

Ejus humilitas.

Praesertim aegrotans.

Nec patitur se Congregationis fundatorem appellari.

Summa patientia.

pus redolere consueverat, recreabantur.

§. 46. Solitus ipse pudicitiam ex odore, impudicitiam ex fetore dignoscere, solumque manuum contactu impuris tentationibus esse remedio.

§. 47. Huic integerrimae puritati saepe humani generis hostis per impudicas mulieres tetendit insidias; ipse vero ad orationem semper confugiens victor gloriosus evasit.

§. 48. Eam ob causam perpetuo deditus abstinentiae, loco prandii tenui utebatur jentaculo, cui coena succedebat non abstergebat. Abstiniuit semper a cuiusvis generis lacticiis: raro pisces, carnes vero rarissime degustavit; potu fuit admodum tenui, aqua magis usus, quam vino. Ea demum erat potus, cibique parcitas, ut ea sustentari medicorum attestacione naturae viribus non valerent. Crederetur tamen (praesertim a suis) Euchariae virtute vitam ad senectutem traduxisse.

§. 49. Cum hujusmodi abstinentia coniunxit etiam rerum omnium mundanarum contemptum: non modo enim hereditatem, ac patrimonium respuit, & quam multas sibi testamenti relictae facultates summa animi constantia repudiavit, sed etiam dum in aedibus S. Hieronymi habitaret, nudis contentus cellulis, consueta stipendia recusavit.

§. 50. Ab honoribus, atque ecclesiasticis dignitatibus alienus, adduci nunquam potuit, ut pensiones, atque beneficia reciperet. Canonicatus in Urbe primos, Episcopatum, & Cardinalitiam dignitatem a pia etiam memoria Gregorio Decimoquarto, & praedicto Clem. Praedecessoribus nostris sibi oblatam omnino recusavit.

§. 51. Humillimus fuit, atque Beati Francisci exemplo se maximum ex peccatoribus constanter affirmabat; ideoque contestari quotidie solitus Deum his fere verbis, A me tibi caveas Domine, te enim hodie traditurus sum, & omnia perpetraturus mundi peccata, nisi tua me gratia benigne protexeris.

§. 52. Cumque aegrotaret aliquando, atque ipsum obsecrarent adstantes, ut suorum saltem beneficio, illam Sancti Martini dirigeret ad Deum orationem: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, summa animi demissione respondit: Non sum ego Sanctus Martinus, nec me talem unquam existimavi: quod si me vobis necessarius reputarem, perditum crederem.

§. 53. Atque hinc est, quod se Rectoris, & Praepositi, necnon Congregationis a se erectae Fundatoris titulo aegre admodum tulerit appellari. Quinimo biennio ante obitu, Congregationis administrandae munus deposuit.

§. 54. Tanta ejus humilitati patientia non defuit. Tranquillo semper animo excitatus tam adversum se, quam Oratorii sui exercitia persequutiones tolerans, in quibus etiam pro persequutoribus versus Christi imitator assidue deprecabatur: isque fuit precationum fructus, ut ex eis plurimos sola patientia ad Deum converteret, qui vero ab

ineptis non desistere, divinam ultionem sint experti.

§. 54. Magnae insuper patientiae extitit in perferendis diuturnis corporis infirmitatibus, quibus singulis fere annis divexabatur, ita ut ad extremum vitae perductus, oleo sancto quater inunctus fuerit. Quo autem tempore aegrotabat, nulla unquam de doloribus habita querimonia, sed hilaris facies incredibilem animi letitiam indicabat, ab ipsa vero infirmitate, quantumvis gravi, convalescere saepe solebat repente profusus, ac mirabiliter.

§. 56. In Christiana mortificatione adeo praecebat, ut merito habitus fuerit ejusdem virtutis singularis magister, & in primis, mentis discursum, quem ipse, rationalem nominare consueverat, assidue comprime- re, & captivare intellectum in obsequium Christi studuerit: ideoque ea ipse plerumque faciebat, & facienda proponebat aliis, quae intuentibus animi potius levitatem, atque stultitiam saparent.

§. 57. Jam vero nonnulla etiam dona recensenda sunt, quibus B. Viri virtutes imensa Dei bonitas illustravit. Frequentem enim eccliam raptusque divinos patiens, et terra sursum totus undique splendore circumfusus elevabatur.

§. 58. Caestibus item visionibus dignabatur assidue. Dominicae etenim Nativitatis nocte Christum in altari pueri specie intuitus est, & aliquando in sacratissima Hostia Paradisi gloriam conspexit. Vidit etiam Beatissimam Virginem veteris Ecclesiae Sanctae Mariae in Vallicella testum manibus sustententem, donec imminentis casus ademptum est periculum. Eandem iterum vidit, cum anno ante obitum aegrotaret, quem ipsa sibi obviam sublatum aera miraculose recreatum repente sanavit.

§. 59. Quamplurimum insuper confidentium, atque amicorum animos evolantes in caelum intueri, atque Angelos concinentes interim audire solitus erat, quin etiam interiorum coram pulchritudinem qui essent in statu gratiae divinitus agnoscebat.

§. 60. Sanctorum Caroli Borromaei, & Ignatii Loyolae facies miris splendoribus vidit coruscantes.

§. 61. Ea erat prudentia praeditus, & discretionem spirituum ita excellebat, ut propterea cujusque conditionis homines ad ipsum, tanquam ad oraculum, consulendi gratia confluerent, & ipsimet Summi Pontifices praedecessores nostri, ejus consilium magni semper facerent.

§. 62. Veras a falsis visiones discernerebat, & licet saepissime antiquos nostri generis hostis horribili se forma videndum offrens, detertere ipsum conaretur, semper tamen fortis, & invictus de eodem gloriose triumphans, pacem, veramque tranquillitatem, qua fruebatur interius, retinuit.

§. 63. In prophetiae dono, & absentium rerum, ac si praesentes essent previsionem, occultisque cordis humani divinitus dignoscendis talis erat, ut de ipso vere affirmari possit: Non est inventus similis illi, illud

In perferendis praecipue infirmitatibus.

Sensum mortificationis clarus.

Eccliam, raptusque frequenter patienter.

Christum, & B. Virginem saepe intuitus.

Angelos, & amicorum animos ad caelum evolantes.

Prudentia in directione animarum.

Veras a falsis discernere.

Prophetia, ac rerum praevisionem clarus.

1623. Eiusque visitantibus sepulchrum indulgentias concessit.

\* Missam ipse solemniter pompa celebravit.

Mortuo Gregorio ante expeditionem Bullarum iussit ut ei testamentum ab Urbano perhiberetur.

Transumptis danda fides.

Clausula.

Dat. d. e. s. Augusti 1623. An. I.

Papa.

Car. sub. scriptioes.

bas utriusque sexus Christianis vere penitentibus, & confessis, qui annis singulis in ipsius festo ad sepulchrum, in quo corpus eius requiescit, visitandum accesserint, unum annum, & quadraginta dies: iis vero, qui in eiusdem festo octava id fecerint etiam quadraginta dies de iniunctis eis, aut alias quomodolibet debitis poenitentis misericorditer in Domino relaxavit.

§.97. Et decantato solemniter Hymno: Te Deum laudamus, & divina ope implorata Sancti Philippi, & aliorum Sanctorum praedictorum meritis, per peculiarem ad id orationem, quam dictus Gregorius Praedecessor pie, & solemniter recitavit: sacrosanctum Missae sacrificium, solemniter pompa, & ritu, cum eorumdem Sanctorum commemoratione, ad Altare Principis Apostolorum celebravit: & omnibus Christianis, tunc praesentibus, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem ad Dei laudem, & gloriam Sanctorum eius impertitus fuit.

§.98. Ne autem de decreto, definitione, adscriptione, aggregatione, statuto, relaxatione, aliisque praemissis, pro eo quod super illis ipsius Gregorii Praedecessoris litterae, eius superveniente obitu, confecta non fuerint, valeat quomodolibet habitari: Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus: quod decretum, definitio, adscriptio, aggregatio, statutum, relaxatio, impositio, aliaque praemissa a dicta die, quarto Idus Martii, suum debitum fortiantur effectum, ac si super illis ipsius Gregorii Praedecessoris litterae, sub datum eiusdem diei, confecta fuissent, prout superius enarratur. Quod praesentes litterae ad probandam plane decretum, definitionem, adscriptionem, aggregationem, statutum, relaxationem, aliaque praemissa, ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

§.99. Caeterum, quia difficile foret, praesentes nostras litteras ad singula loca, ubi opus esset, deferri: volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem ubique fides habeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

§.100. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrarum voluntatum, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, millesimo sexcentesimo, vigesimo tertio, octavo Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno I.

\* Ego Urbanus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

\* Ego Franciscus Maria Episcopus Portus. Card. a Monte.

- \* Ego Odoardus Episcopus Tusculan. Card. Farnesius.
\* Ego Octavianus Episcopus Praenestin. Card. Bandinus.
\* Ego Jo. Baptista Episcopus Albanen. Card. Deus.
\* Ego Federicus tit. S. Mariae Angelorum Presb. Card. Borromaeus.
\* Ego And. tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Card. Perettus.
\* Ego B. tit. S. Mariae in Transiberim Presbyter Card. Bevilacqua.
\* Ego Dominicus tit. SS. Apostolorum Presbyter Card. Gymnastus.
\* Ego Carolus tit. S. Casarei Presby. Card. Madrucci.
\* Ego S. Card. Bughesius tit. S. Obryfogni Major Penitentiaris.
\* Ego Jo. Garzia tit. SS. Quatuor Coronatorum Presb. Card. Milinus.
\* Ego M. tit. SS. Quirici, & Julitae Presb. Card. Lantes.
\* Ego Jo. Baptista tit. S. Caeciliae Presb. Card. Lentius.
\* Ego A. tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. Capponius.
\* Ego D. tit. S. Martini in Montibus Card. Rivarola.
\* Ego Petrus Paulus tit. SS. Nerei, & Achillei Presb. Card. Crescentius ejusdem S. Philippi Discipulus.
\* Ego Fr. Aug. tit. S. Mariae de Ara-Caeli Presb. Card. S. R. E.
\* Ego G. tit. S. Crucis in Hierusalem Card. Borgia.
\* Ego Felix tit. S. Anastasia, Presb. Card. Afulanus.
\* Ego Robertus tit. S. Alexii Presb. Card. Obaldinus.
\* Ego Tyb. tit. Sanctae Priscae Presb. Card. Mutus.
\* Ego Gabr. tit. S. Bartholomaei in Insula Card. de Trejo.
\* Ego Julius tit. S. Sabinae Presb. Card. Sabellus.
\* Ego Melchior tit. S. Mariae de Pace Presb. Card. Klefelius.
\* Ego P. tit. S. Thome in Parione Card. Camporus.
\* S. Presb. Card. S. Susanna S. R. E. Bibliothecarius.
\* Ego Franciscus Cenninus Card. Sancti Marcelli.
\* Ego Guido tit. S. M. de Populo Presbyter Card. Bentivolus.
\* Ego

- \* Ego Julius S. M. supra Minervam Presb. Card. Roma.
\* Fr. Desiderius tit. Sancti Clementis Presb. Card. de Cremona.
\* Ego Ludovicus tit. S. Laurentii in Damaso Presb. Card. Ludovisus S. R. E. Vice-Cancellarius, & Summator Sanctiss.
\* Ego Cosmus tit. S. Pancratii Presb. Card. de Torres.
\* Ego C. S. Nicolai in Carcere Diaconus Card. Pius.
\* Ego M. S. Eustachii Diaconus Card. de Sabaudia.
\* Ego Carolus S. Mariae in Domnica Diaconus Card. Medices.
\* Ego Alexander S. Mariae in Cosmedin. Diac. Card. Ursinus.
\* Ego Fr. S. Angeli in Foro Piscium Diac. Card. Boucompagnus.
\* Ego Hippolytus S. Mariae Nova Diaconus Cardinalis Aldobrandinus S. R. E. Camerarius.

III. Canonizatio Beati Ignatii Lojola Societatis Jesu Fundatoris. URBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Causa, quibus motus Gregorius XV. de Beato Ignatio SS. Catalogo adscribendo cogitavit.

Ationi congruit, & convenit aequitati, ut ea, quae de Romani Pontificis providentia processerunt, licet ejus superveniente obitu, litterae Apostolicae desuper confecta non fuerint, suum debitum consequantur effectum. §.1. Dudum siquidem felicitis recordationis Gregorius Papa XV. Praedecessor noster, pie attendens, quod ineffabilis Dei bonitas, & misericordia, quae miro consilio suis quaque temporibus apte disponit, & praeiis seculis, sive ad disseminandum Evangelium inter gentes, sive contra subnascentes haereticas, destinavit plures sanctitate, ac doctrina illustres viros; novissimis temporibus, cum pii Lusitanorum Reges in longinquis Indiarum terras, ac remotissimas insulas late patentem vineam Domini propagandae aditum aperuissent; nec non minorem Catholici Castellae Reges novum in Orbem ad Occidentem repertum patefacerent; veterem autem Religionem Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

omnemque illis sanctitatem, ac perfectioris vitae professionem Lutherus, monstrum terribilissimum, aliaque detestabiles pestes blasphemiarum linguas in Septentrionis partibus corrumpere, & depravare, ac Sedis Apostolicae auctoritati detrahere conarentur; excitavit spiritum Ignatii Lojola, qui ex medio honorum cursu, & a seculari, & terrena militia admirabili quadam ratione vocatus, ita se divino imperio regendum, & formandum tradidit, ut demum nova Societatis Jesu, quae inter alia pietatis, & charitatis opera Gentilibus convertendis, haereticis ad fidei veritatem revocandis, & Romani Pontificis potestati tuenda ex instituto se totam impendit, religione fundata, vitam admirabili sanctitate traductam sanctissimo pariter concluderet exitu, ac plurimis sit miraculis illustratus; eisdem Ignatii Catalogo Sanctorum adscriptioni, de qua dudum agebatur, decrevit intendere.

§.2. Quippe increbescente in dies in diversis mundi partibus ipsius Ignatii sanctitatis fama, & miraculorum gloria, cum clarae memoriae Philippus Secundus, & Philippus Tertius Hispaniarum Reges Catholici, & Maria similis memoriae, Maximiliani Secundi Romanorum Regis Illustris, in Imperatorem electi, & Margarita dicti Philippi Tertii Regis coniuges, necnon plures Ecclesiarum Praefules, & Populi, una cum dilectis filiis Praeposito, & aliis dictae Societatis Religiosis, apud praemem. Clementem Papam VIII. etiam Praedecessorem nostrum, oblaris illi processibus, per diversos locorum Ordinarios, etiam auctoritate tunc existentis Sedis Apostolicae in Regnis Hispaniarum Nuntii, super praedictis sanctitate, & miraculis fabricatis, pro literarum remissionum, & compulsozialium, ad faciendos pro canonizatione progressus, concessione institissent.

§.3. Ipseque Clemens Praedecessor oblatos processus, & petitionem ad dilectos filios nostros, tunc suos, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales super sacris Ritibus deputatos discutendos commisit; distinctique Cardinales petitioni praedictae satisfaciendum esse censuerunt, si ita eidem Clementi Praedecessori placuisset; & dictus Clemens Praedecessor morte praeventus nihil desuper constituere potuisset.

§.4. Similis rec. Paulus Papa V. similiter Praedecessor noster, repetitis per dictos Principes, ac Praepositum, & Religiosos, ac novis per clarae etiam memoriae Henricum Quartum Francorum, & Navarrae Regem Christianissimum, porrectis instantiis permotus, praedicto Gregorio Praedecessori, tunc in minoribus constituto, & officio Auditoris causarum Palatii Apostolici fungenti, ac dilectis filiis Alphonso Manzanedo, & Joanni Baptista Pamphilio, etiam causarum earumdem Auditoribus, dedit in mandatis, ut causam hujusmodi in statu, & terminis, quibus reperiebatur, reasumentes, conjunctimque procedentes, acta omnia, & probationes perpenderent; & si opus esset, alios testes super vita, & miraculis ejusdem Ignatii

Id potentibus nonnullis a Clemente Papa VIII.

Res Congregationi SS. Rituum commissa fuit.

Ac deinde Rotae Auditoribus per Paulum PP. V.

1623. tui per se, & alios ab eis subdelegandos, de novo in genere recipere, & super his suum ipsorum interponere iudicium, ut si ex iis constaret, inquisitiones, probationes, ac processus huiusmodi, esse legitime factos, causamque sufficienter esse instructam, ea posset ipse Paulus Prædecessor exequi, quæ Sanctorum Patrum dogmata, & sacrorum Canonum postulant instituta.

§.5. Unde dicti Auditores visis, & diligenter discussis processibus coram eis exhibitis, censuerunt cum illis debere coniungi processus auctoritate apostolica conficiendos; & ad hunc effectum per se ipsos in Romana Curia, & per nonnullos Archiepiscopos, & Episcopos extra eam in diversis mundi partibus ab eis subdelegatos iudicos processus super præmissis confici curarunt; quibus iussu eisdem Pauli Prædecessoris, ad eisdem Card. super Sacris Ritibus, ut præfatur deputatos transmissis, & per eos visis, & perpenis, idem Paulus Prædecessor, ex sententia eorundem Card., quod dictus Ignatius Beatus nuncupari, & de eo Missa, & Officium de Comuni Confessoris non Pont. celebrari posset, benigne concessit, & indulgit.

§.6. Et deinde cum preces eorum, qui pro canonizatione eisdem Beati Ignatii institerant, fierent in dies auctiores; volens idem Paulus Prædecessor in huiusmodi causa secundum consuetudinem sanctæ Sedis Apostolicæ procedere, eisdem Auditoribus per speciale rescriptum mandavit, ut processus factos etiam de novo perpendere, & alios testes super veritate præmissorum in specie diligentissime examinarent, & ipsi Paulo Prædecessori referrent.

§.7. Quod quidem mandatum Auditoribus prædicti exequi, prout par erat, volentes, causam similiter de novo excutere ceperunt, & alios quamplures testes super eisdem præmissis per se ipsos receperunt in dicta Curia, & per alios ab eis subdelegatos extra eam examinari curarunt; ac nonnulla iura ad causam facientia ex Archivio dictæ Societatis extraxerunt, & Alphonsus, ac Joannes Baptista Auditores prædicti, necnon dilectus filius noster Franciscus eisdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Sacratas nuncupatus, tunc, tanquam Archiepiscopus Damascenus, unus ex Auditoribus causarum dicti Palatii Locumtenens, & in locum dicti Gregorii Prædecessoris, qui iam ad Ecclesiam Bononiensem assumptus fuerat, subrogatus, in pluribus Congregationibus inter eos habitis, de novo fabricatos, & alios processus prædictos etiam perpendere; illosque legitime confectos, ac sanctitatem, & miracula factis, superque probata fuisse, prædicto Paulo Prædecessori retulerunt.

§.8. Cumque ipso Paulo Prædecessore viam universæ carnis ingressis, dictus Præpositus eisdem Societatis humiliter apud Gregorium Prædecessorem prædictum instisset, ut ad ulteriora in Canonizatione eisdem Beati Ignatii procedere dignaretur; idem Gregorius Prædecessor illius pe-

tionem benigne audiens, relationem, ut præfatur, factam, ad eosdem Cardinales super prædictis Sacris Ritibus deputatos recognoscendam etiam remisit.

§.9. Cumque, pendente dicta relationis discussione, supervenissent charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum, & Navarra Regis Christianissimi primum, mox vero nobilis viri Maximiliani utriusque Bavarie Ducis, & successive etiam charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, preces accessissent; dictique Cardinales relationem prædictam comprobassent; Venerabilis frater noster Franciscus Maria Episcopus Portuen. eisdem S. R. E. Cardinalis a Monte nuncupatus, rei summam, suamque, & aliorum, ut præfatur, deputatorum Cardinalium sententiam in nostro tunc eisdem Gregorii Prædecessoris Consistorio secreto exposuit; & alii, qui in illo Consistorio aderant Cardinales, dilecti filii nostri in eandem sententiam devenerunt, postea videlicet dictum Gregorium Prædecessorem, iuxta sacros dictæ S. R. E. ritus, dictum Beatum Ignatium inter Sanctos referre.

§.10. Quare idem Gregorius Prædecessor ad ulteriora procedi mandavit. Voluerat autem ipse Gregorius Prædecessor nonnulla ex iis, quæ in processibus, & actis de vita, sanctitate, & miraculis eisdem Beati Ignatii constabant, in eodem Consistorio recenseret, videlicet:

§.11. Natus est B. Ignatius in ea Hispaniarum regione, quæ ad Pyrenæum pertinet, ad Oppidum Aspeithæ Pampilonen. Diocesis, anno Domini 1491. ex Beltramo Lojola, & Maria Sanchez nobilibus catholicis, & piis parentibus: qui simili pietate filium educandum curarunt.

§.12. Adolevens ille factus, cum esset eximia, & animi, & corporis indole, missus fuit in clare similiter memorie Ferdinandi Regis Catholici Curiam: ubi cum inter honorarios pueros aliquandiu mansisset; ad tunc existens in Navarra Pro-Regem, in Civitate Pampilonen. degentem, se contulit, & rei militari operam dare cepit. Cumque dicta Civitas ab exercitu Gallorum obsideretur; ipsi Ignatio ante alios dimicanti lapis ex muro bombardæ vi excussus lavam læsit tibiam; dexteram vero ita confregit, ut semivivus corruerit: quorum vulnere acerbam, gravem, & diuturnam curationem ita patienter tulit, ut omnibus esset domesticis admirationi. Cumque eidem, in lecto affixo, libros profanos, tunc sic Deo volente, non repertos, petenti, nonnulli pii libri, legendi causa porrecti fuissent, ex eorum lectione tam ardentem fuit incensus, ut ingenti sui odio concepto, decreverit Christi, & Sanctorum vestigia sequi, Hierosolymam proficisci, ut sacra illa loca veneraretur, & fideles in spiritu promoveret, ac infideles ad Evangelium adduceret.

§.13. Curatis ergo vulneribus, patriam, parentes, res omnes fluxas, & caducas reliquit; & Christo deinceps militaturus, ad Mona-

Decretum in Consistorio de veniri posse, ad Sanctificationem.

Façaque est relatio de sanctitate, & miraculis.

Ignatii patres.

In Lectulo incens pium librorum lectione motus Sanctorum vestigia sequi de cernit.

In Ecclesia B.M. de Monte Servato divino cultui se addidit.

Eisque referentibus idem Pontifex ad Ignatii Beati Canonizationem de venit.

Deinde novæ datæ commisionis ut procedi posset ad Sanctificationem.

Roz Auditor PP. referunt Processus legitime esse confectos.

Gregorius re Congregationi Ricium examinandam remittit.

Monasterium Beate Mariæ de Monte Serato Ordinis Sancti Benedicti Vicen. Dioc. perrexit: ibique generali confessione peracta, gladio, & pugio in templo eisdem Monasterii suspensis, aspera talari tunica indutus, fune præcinctus, nudo capite, baculum manu gestans, totam eam noctem, cui dies festus Angelicæ salutationis illuxit, ante aram eisdem B. Mariæ Virginis inter preces, & lacrymas vigilavit, seque penitus divino cultui, novum exinde militia genus sequenturam, addidit.

Minorellam in Hospitali, & specu asperam vitam ducit.

Studis literarum operam datur, & fovitque aditibus votis Rom. Pont. exhibere, ut proximorum salutem operetur.

§.14. Minorellam inde viciniam Oppidum petiit; & ad Hospitali S. Lucie divertit, & in eo, & quo lata specu, ad præterfluentis amnis ripam sito, faciens dignos penitentia fructus, pauperem, atque asperam vitam transegit inter egentes, & sordidos homines, quibus etiam humillimis inserviebat obsequiis.

§.15. Post aliquod vero tempus Almam Urbem nostram, & successive Venetias, ac postmodum Hierosolymam contendit, & perlostratis sacris locis, ibidem permanere, & animarum salutem incumbere vetitus, rediit ad partes Hispaniarum, & quo melius posset in spiritu proximis utilitatem asserere, triginta natus annos, Grammaticæ primo in Civitate Barchinonen., & deinde Compluti Philosophiæ, & Theologiæ per annum cum dimidio operam dedit: ac demum Parisiis omnia illa studia repetiit, ex elemosynis victitans, & officia charitatis, humilitatis, & penitentia non intermittens: sociis eisdem propositi, inter quos fuit Franciscus Xavetius, vir Sanctus, & Indiarum Apostolus, collectis, & voto cum eis nuncupato, ut consummatis studiis inceptis, evangelicæ contenti paupertate, Hierosolymam omnes adirent unanimi, ac summo conatu salutis proximorum inservituri: quod si per annum navigandi se non offerret occasio, vel Hierosolymis permanere prohiberetur; illo voto absoluti Romam irent, & suam ipsorum operam Summo Pontifici in auxilium spirituale primi offerrent.

In patriam valedicis non cuperem causam revertitur.

Veneris Ordinis pauperibus, & castitatis vota emittit.

Paulo III. suam sociorumque operam offert.

§.16. Verum cum ex studiorum laboribus, & vigiliis gravem stomachi morbum Parisiis contraxisset; iussu medicorum, & ex sociorum consilio, in patriam rediit, anno eisdem trigentesimo quinto: ibique per tres menses in Hospitali Sanctæ Mariæ Magdalene, ostiatim victum emendicans, & pauperibus inserviens, tempus sedulo traduxit.

§.17. Quo transacto cum convalescisset, Venetias, quo socii ex composito venire debebant, etiam ipse profectus; in ea Civitate ad Sacerdotium promoveri voluit, & paupertatis, castitatisque in manibus Hieronymi Veralli Archiepiscopi Rossanen. in eam tunc Sedis Apostolicæ Nantii, votum emisit.

§.18. Et elapso anno inter eos condito, & navigatione in Palestinam, propter pacem inter Turcas, & Venetos per id tempus sublatam, interclusa, Romam cum sociis venit, anno millesimo quingentesimo trigentesimo septimo: ubi a quodam Quirico Garzonio Romano civis, in quadam ipsius

Garzonii vinea sub Monte Pincio receptus hospitio, constitutam operam pie similiter memorie Paulo Tertio, pariter Prædecessori nostro, ad animarum salutem obtulit paratissimam.

§.19. Quam causam, quo uberius, & cumulatus tractare posset, dictam Societatem a se institutam, ad tria cum aliis Religionibus communia vota quarto adiuncto, per quod peculiarem polliceretur Romano Pontifici obedientiam in Missionibus, non petito viatico, etiam ad Infideles, Turcas, Hereticos, Schismaticos, & quoscumque alios, obeundis, a prædicto Paulo Tertio Prædecessore confirmandam curavit; eamque postmodum optimis etiam constitutionibus, & legibus stabilivit, & in Præpositum Generalem electus, summa cum prudentia, & probitatis laude moderatus est.

Societatis confirmationem obtinet, cuius ipse Præpositus eligitur.

§.20. Ac post multos labores, Jesum appellans, in eadem Urbe pie obdormivit in Domino, pridie Kalen. Augusti anni eisdem Domini millesimi quingentesimi quinquagesimi sexti. Vir vere, quem prælegerat Dominus, ut eorum Dux foret, qui portarent ejus sanctissimum nomen coram gentibus, & populis, & infideles ad veræ fidei cognitionem inducerent, ac rebelles hereticos ad illius unitatem revocarent, sique in terris Vicarii auctoritatem defenderent.

Mortuus.

§.21. Ornavit enim illum Dominus magnitudine, & excellentia Fidei, & maxima Spe communiavit, ut satis superque ejus testantur actiones.

Ejus virtutes.

§.22. Assiduum autem obsequium, quod pauperibus, & ægrotis exhibuit in hospitalibus, & elemosynarum distributio, quas a piis personis suo ipsius studio corrogabat; maxima etiam cura, & studium, quod iam inde a principio suæ conversionis in eo posuit, ut rudes, & pueri doctrinam Christianam perficerent, & detentorum in carcere visitatio, ac sublevatio, quam instituit, & exerevit accurate; necnon per universum terrarum orbem Missiones, quas fecit, & domus, Ecclesiæ, & Collegia, quæ erexit, & in dicta Urbe, præter scholas Grammaticæ, & Humanarum Literarum, quas gratis aperuit, Collegium Germanicum, ac Orphanorum, & Cathecumenorum domus, & S. Marthæ, ac S. Catharine monasteria, aliaque loca pia, quæ excitari curavit, & dissidentium reconciliatio, salubria consilia data, & spiritualia exercitia ab eo composita, Sacramentorum frequentationes procurate; injuriarum denique remissio, & pro inimicis oratio, quam ardentem amaret proximum propter Deum, plane demonstrant.

Charitas in proximum.

§.23. Deum autem ipsum quantopere diligeret, patet ex illa summa cura, & diligentia, qua studuit propter Deum proximo in spiritualibus, & temporalibus semper benefacere, & maxima vigilantia, qua curavit cor suum mundum custodire. A sua conversione nullum in eo deprehensum est delictum, factumve, quod censeri posset, esse peccatum mortale: omnes suas cogitationes, verba, & opera in Deum tanquam in finem

Et in Deum.

Prudencia.

finem referrebat, & ad Deum, & Dei gloriam, & honorem destinabat; atque haec verba videlicet, Ad majorem Dei gloriam, uti symbolum, in ore semper habebat.

§.24. Prudentia quoque fuit in eo admirabilis. In negotiis enim ad Dei honorem peragendis prius quidem omnia Deo commendabat: deinde solerti habita consultatione, & rationibus ad examen vocatis, congruentia ad optatum finem adhibebat praesidia, & eo pacto contingentia mala facile declinabat.

Iustitia.

§.25. Ejus erga Deum, & homines iustitiam, aspera vita, & voluntarie poenitentia, quibus offenso jam Deo satisfacere se putabat, spiritus devotio, & religio, qua Deo reddidit debitum cultum, & honorem; gratitudo quoque, quam erga suos, & Societatis benefactores continuo ostendit, & pura veritas, quae ex eius ore sine ulla fallacia, fucio, fictione, aut obscuritate procedebat, cum cordis puritate, & simplicitate satis commendant. Animi praecelata magnitudo, ex poenitentis, obsequio erga aegrotos, ex operibus charitatis, a quibus propter labores, & difficultates, irrisiones, iniurias, & contumelias non recessit; sed in illis constanter usque ad optatum finem perseveravit.

Pacencia, & mansuetudo.

§.26. Pacencia vero admirabilis, & mansuetudo ex multis, & ingentibus laboribus; ex propriis confusionibus, & persecutionibus libenter, & alacriter pro Dei amore perpessus; ex gratiarum actione in maledicentes relata, & beneficiis in injuriantes collatis apparent.

Affidus in Jejunio.

§.27. Jejunium ipse adeo coluit, ut eo tempore, quo fuit Minorissa, & Barchinone, per totam jejunans hebdomadam, exceptis diebus Dominicis, solo pane vesceretur, & aquam biberet, & propter continuatas orationes, & abstinentias semel, & iterum debilis, ac fere sine viribus est inventus.

Castitatis castus.

§.28. Castitatis fuit adeo diligens custos in se, & in aliis, ut in Constitutionibus Societatis voluerit, illam suis esse tam perfecte servandam, ut eniti debeant, corporis, mentisque munditia Angelicam puritatem imitari.

Ejus humilitas.

§.29. Profundae etiam humilitatis non obscura dedit indicia, dum se ad novae vitae genus accingens, noluit suum audire germanum, sibi familiae nobilitatem, opes, & in militia strenuitatem, ac futuram inde gloriam repraesentantem; sed statim atque ex morbo, & vulnere convuluit, seculo nuntium remisit. Idem etiam denotatur, quia in patriam valetudinis causa rediens, cum se a quodam jam cognitum esse animadvertisset, timens honorem, quem, & germanum, & incolas Aspeithiae sibi exhibituros esse intelligebat, noluit cum eo, a quo cognitus fuerat, via recta Aspeithiam proficisci; sed per montes, & semitas obliquas solus illuc accessit, & nobile palatium cum vilitate humilis hospitalis libentissime commutavit: nullisque precibus adduci potuit, ut domum paternam ingrederetur.

§.30. Denique non solum vanam mundi gloriam, sed se etiam ipsum egregia ma-

gnanimitate contempsit. Renuitatus enim Praepositus Generalis Societatis, tandiu id muneris subire recusavit, quoad ejus Confessarius ei, ut demandatum reciperet officium, imperavit, & post receptum munus, ut eos, quos in Constitutionibus ad humilitatem hortatur verbo, firmaret exemplo, primum quidem in coquina ministerii aliquot versatus est dies, tum docere aggressus est pueros, & rudes doctrinam Christianam.

§.31. Excellentem vero famuli sui sanctitatem comprobari voluit etiam Altissimus super naturali splendore vultus, quem dum viveret, aliquando viderunt B. Philippus Neri, & quondam Oliverius Manareus Flander ejusdem Societatis religiosus.

§.32. Ac testimonio miraculorum, quorum plura, etsi ab eo vivente facta in processibus recensentur, insigniora tamen post ejus felicem dormitionem edita probantur.

§.33. Isabella enim Rebelles monialis, ordinem S. Clarae in monasterio S. Elisabethae Barchinonensi ejusdem Ordinis expressè professæ, annos nata sexaginta septem, dum aliquid operis alto in loco molitur, repente tam gravi casu ad terram est collapsa, ut coxendicis, seu femoris os, quod maximum est in humano corpore, totum fuerit contractum: & per quadraginta dies, & ultra adhibitis per medicum, & chirurgum, eventu plane irritò, medicamentis, ac dolore, & febris, quae ex contractione supervenerant, non cessantibus, aegrotæ apud omnes erat citra ullam salutis opem, quæ saltem naturalibus parari possent remediis, ut eadem die moritura crederetur: petita tamen pia cum religione, & impetrata reliquia B. Ignatii, & super coxendicem applicata, statim sana est reddita, & coxendicem, ac tibiam prius tumentem, atque immobilem expedite, ac sine dolore movere cepit; & die proxima surrexit, ac libere, & perfecte ambulavit.

§.34. Joannes Leida Majoricensis in valde acutam, & periculosam febrem incidit: augebat periculum maxima stomachi nausea: post duodecimum, vel tertium decimum diem aucto periculo, cum Deo sese per merita B. Ignatii impense commendasset, sequenti nocte somno excitatus, magno splendore circumfusum cubiculum vidit: & vxorem inclamans: Nonne, inquit, vides me a B. Ignatio sanatum? & illucensente die sanus, & valens sine alicujus auxilio e lecto surrexit, & vestibus se induit, ac in gratiarum actionem templum Societatis expedite adiit.

§.35. Hieronymus Honuphris Hetruscus, incola Oppidi Gandiae Valentinae dioecesis, puer decennis, cum lethale in supercilio prope tempora vulnus accepisset; propter quod totius oculi tumor, & vehementis febris accesserant; & post adhibita per mensem integrum per chirurgum, ex artis praescripto, medicamenta, vulnus non solum non solidaretur, sed adeo latum, & profundum esset, ut linamentum digitale inferendum esset; ac tanta sanies, & putredo

Splendida divinus facies.

Miracul.

Isabella Rebelles Monialis.

Joannes Leida.

Hieronymus Honuphris Hetruscus.

Magdalena Talavera.

Ferdinandus Pretel de Mendoza.

Anna Barzellona.

Joanna Clara Noquera.

Bartholomaeus Contesti.

do flaret, ut chirurgus ipse miraretur, & crederet os aliquod intus contractum: & alterum chirurgum etiam vocari jussisset, & ambo coram infirmo convenissent; remotis fasciis, quibus vulnus erat operatum, & obligatum, praeter omnem expectationem, meritis B. Ignatii, cui mater pueri, voto jam facto, illum commendaverat, vulnus illud penitus obductum, clausum, & solidatum invenerunt.

§.36. Magdalena Talavera, in eodem Oppido Gandiae commorans, cum per tres annos gravibus laborasset obstructionibus, quae in hydropisim, quam confirmatam appellavit, terminaverant; ejusque ventrem adeo tumentem, & inflatum reddiderant, ut se de loco ad locum movere non posset, nisi permolleste: videns remedia per duos medicos adhibita sibi nihil profuisse, ad divina confugit subsidia: & voto Deo facto, ac imagine dicti Beati ventri admota, statim melius se habuit, depulsisque est morbus obstructionis, & hydropisim, ita profusus, ut intra tres, vel quatuor dies detumuerit venter, & exinde illa se bene haberet.

§.37. Ferdinandus Pretel de Mendoza, cum in febrem incidisset tertianam, quae mox in duplicem, deinde in pestilentem una cum mentis stupore, & extraordinariis horribilibus, ex humorum abundantia, & virium naturalium defectu accidentibus degeneraverat; & ex multis purgationibus incassum adhibitis, vis morbi adeo aucta esset, ut a medicis desitutus, in supremo jam mortis discrimine versaretur, rite confessus, & communione instructus, ac sacro perunctus oleo, manibus tenens imaginem Beati Ignatii, quam collo pendente gestabat, & ex toto corde illi se commendans, convalescere cepit, & morbo est liberatus.

§.38. Anna Barzellona fere sexagenaria, cum toto biennii spatio morbo paralysis graviter vexata immobilis esset ad omne opus laboris, & gradus ascendere non posset, nisi scipionibus innixa; & insuper novus apoplexie in altero latere morbus accessisset; humanis remediis omnino destituta se intelligens, voto sumpato melius se habere cepit: & toto illo die, ac nocte insequenti inchoata valetudo ita est aucta, ut jam illucescente mane sana omnino ad Ecclesiam Collegii dictae Societatis accurreret expeditissime, gratias Deo, ac Beato Ignatio redditura.

§.39. Joanna quoque Clara, & Noquera, mulieri Majoricensi, annos nata 56, cecitate laboranti, videndi facultatem reddidit Beatus Ignatius.

§.40. Bartholomaeus Contesti chirurgus, adeo acerbis, & diuturnis capitis doloribus opprimebatur, ut praeter nimio dolore saepe ad terram alideretur: Accessit in oculorum altero tam gravis inflammatio, ut alterum etiam divexaret, itaut ne tenuissimum quidem lucis radium perferre, aut aliquantulum quiescere posset: ob idque in tenebroso conditus cubiculo inde non egrediebatur: & eo deventum est, ut ex intole-

rando dolore non dubitaret afflicto mare, quod si quidam chirurgus jam defunctus in humanis ageret, oculum sibi erui jussurus esset: religione demum eximia erga Beatum, incensus illius Reliquiam ad se afferri jussit: & in puosto, quod fuit illa delata, bene se habuit: capitis, & oculorum cessavit dolor, visum recuperavit, & lucis splendorem sine ulla offensione sustinuit, utque intelligeret, subitam curationem divinae virtuti, atque intercessioni Beati Ignatii tribuendam esse: bis, terve sacra Reliquia e cubiculo exportata, dolor rediit: eaque in cubiculum reducta, illico morbus discessit: quo facto admonitus Bartholomaeus, sacram Reliquiam penes se retinuit, atque ita intra tres, vel quatuor dies ita perfecte sanatus est, quasi nunquam aegrotasset. Quo audito Columna Cortei, & Vichi, quae capitis dolore ita vexabatur, ut neque noctu quiescere, & superveniente in uno oculorum tanto cruciatu, ut palpebram attollere non posset, & caeca denique remansisset: misit, qui eandem Reliquiam ad se deferret, quae allata, & super oculos, praevia invocatione ejusdem Beati, imposita, palpebra, quae prius per chirurgos aperiri non poterat, confestim ultro, ac per se coepit aperiri, cessavit dolor, lucis splendorem Columna pertulit, & intra tres dies paulatim visum omnino recuperavit, & perfecte convuluit.

§.41. Joanna quoque de Aragoni, & Pignatella, Ducissa Terrae novae, quae quatuor jam menses vehementissimo dolore cruciabatur, ex tumore, & duritie alterius mammillae, eoque reducta erat, ut neque pedes, neque brachia movere posset, quin sibi viscera transigi quodammodo viderentur: ad opem ejusdem Beati confugiens, & illius imaginem religiose de mane venerata, & illi se commendans, vespere ejusdem diei sana sine tumore, sine duritie, & sine ullo doloris sensu reperta est.

§.42. Demum his, & quamplurimis aliis permotus idem Gregorius Praedecessor, ex antiquo Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, tunc suorum, instituto, publico prius, in quo praeter praedictos Cardinales, etiam Venerabiles Fratres nostri, Patriarcha, Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Romanae Curiae Praelati, & dicti Gregorii Praedecessoris familiares dilecti filii convenerunt: & dilectus filius Nicolaus Zambeccarius Aula Pontificiae consistorialis Advocatus, dicti Beati Ignatii merita, & Principum, ac Populorum super hujusmodi Canonizatione vota retulit.

§.43. Et successive altero quod semipublicum vocant, in quo praedicti omnes, ac etiam Sedis Apostolicae Notarii, & causarum dicti Palatii Auditores dilecti filii interfuerunt, & omnes, quod dictus B. Ignatius canonizandus esset, publicis suffragiis judicavit: convocatis Consistoriis, toto cordis affectu exultans in Domino, eundem B. Ignatium, una cum Beatis Lidoro, Agricola, & Francisco Xaverio inter Sanctos referendum duxit.

§.44. Praescripto itaque Canonizationis die

Columna Cortei, & Vichi.

Joanna Pignatelli variis infirmitatibus liberata.

His itaque in Consistorio factis;

Gregor. XV. cum inter Sanctos ducit referendum.